Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 216

Aubry, J. P.

[S.l.], 1713

Quaestio 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-122286

Visual Library

46.

Deinde in hac sententia ex pluribus illis elementis inter se unitis tale consurgit mixtum, quod nec ignis simpliciter nec aer, nec aqua nec terra simpliciter appellatur, sed aurum, argentum, lapis etc. ex verbo autem et humanitate inter se unitis tale consurgit totum, quod simpliciter Deus est et homo simpliciter non, unde signum est, quod hic ita constituatur natura ex verbo et humanitate sicut ex pluribus naturis elementaribus fit una natura mixti.

88. Obiicies ultimo natura divina et humana inter se unita constituunt novum principium perfectum operationum supernaturalium ac infiniti valoris, cum hae non soli naturae divinae conveniant, nec soli humanae; ergo constituunt novam aliquam naturam. Respondeo nego antecedens: cum enim non natura divina sed personalitas verbi immediate uniatur naturae humanae principium illud perfectum dictarum operationum non est totum consurgens ex natura divina et humana, sed potius totum consurgens ex personalitate verbi et humanitate, unde non sequitur, quod ex natura divina et humana fiat una natura, sed potius ex personalitate verbi cum natura humana constituatur personale tale, cui tamquam principio perfecto debeantur illae operationes. quaestio de convenientia incarnationis.

Quaestio 3tia

De Convenientia Incarnationis

Dicendum primo Incarnatio fuit Deo saltem negative conveniens. Ratio est, quia negative conveniens dicitur illud, quod non est indecens et a natura recta ratione, non turpe, vitiis alienum. Deus vero nihil huiusmodi facit fecit autem

Incarnaõe, qd hac ipsi fuit conveniens saltem negative.

Dicendum 2do Incarnaõ fuit Deo em positive conveniens. Ita Cum S. Thoma Communis. Raõ e imo Illud alicui positive conveniens, qd valde consentaneum e ipsius naæ, sed Incarnaõ ita fuit consentanea naæ divinae. Mi. q̃ naã divina e ipsa raõ summi boni, atqui raõi summi boni valde consentaneum e communicare se ipsum ad intra, & etiam ad extra et quo maior ac perfectior e talis communicaõ, eo magis consentanea illa est summa bonitas, cum bonum sit natale sit communicativum sui: atqui perfectissima et maxima ex genere suo communicaõ ad extra Hoc per incarnaõem sub sensu declarat triplici modo se posse Deus ad extra communicare. 1mo per similitudinem naturalem dando bona a se distincta tum naæ tum gratiae, 2do per similitudinem intellectus et amore voluntariis sibi ipsum velut obtu naæ creatae realis communicando, qd in via fit per cognitionem abstractivam et amorem in via naturalem supernaturalem, deinde in patria per visionem et amorem beatificum, 3tio ac praecipue per realem sui ipsius unionem in unitate personae tam arcte se cum naã raõli conjugendo, ut idem Deus homo, homo Deus vere fiat. hinc raõ e 2do illud Deo convenit positive, qd e maxime servit ad manifestanda eius attributa adeoque ad augendam eius gloriam externam sed ad hoc e maxime servit Incarnaõ ut patet, atqui e maxime elucet divina bonitas, dum se per Incarnaõem modo perfectissimo communicavit misericordia dum per eandem liberalissime sublevavit alienam miseriam.

Justitia dum ei pro offensa iniuria Cumulata satisfactum est ad aequalitatem, quod aliàs fieri non potuisset. Sapientia, dum hac ratione adinvenit modum aptissimum quo et Misericordiae et Justitiae simul satisfieret atque ita illud psalmi 84 impleret, misericordia et veritas obviaverunt sibi; justitia et pax osculatae sunt.

Dicendum 3. Incarnatio quidem naturae humanae non fuit ita conveniens ut ei aliquo modo deberetur, fuit tamen ipsi conveniens in quantum illi valde erat utilis atque optabilis, ita versus Conclusionis prima pars per se patet. Cum enim Incarnatio, quo ad substantiam sit supernaturalis naturae viribus et exigentiae convenire [illegible] nequit. alterius vero partis ratio est, quia per Incarnationem summa naturae humanae dignitas accrescit, dum supra angelos erecta divinae consors facta est naturae, eademque cum hoc latriae cultu adoranda et immensis gratiarum thesauris est cumulata, quae quidem dignitas licet singularis videatur illi solum naturae, quae à verbo assumpta est, tamen enim in totam naturam humanam redundat, insigneque illi honori fieri est quod ea ~~natura~~ hac natura potissimum aliqua singulari ita fuerit exaltata, nec solum honorificentiae enim summe utile est toti naturae humanae, quia dum ita similis nobis factus est Deus, habemus in eo aptissimum fidei ac morum magistrum, vitae normam, virtutis exemplar, firmamentum spei, charitatis incitamentum, et accedit redemptio humani generis per Christum facta, cumulus gratiarum immensarum, quas inde nobis promeruit.

Obj. 4to imo Deus est ipsa essentia bonitatis et ab aeterno optime se habuit: ergo optimum et convenientissimum est Deum semper esse sicut fuit ab aeterno, sed ab aeterno non fuit unitus Carni, ergo convenientissimum fuit ut huic nunquam uniretur adeoque non fuit positive Deo conveniens Incarnatio. R. dist. Con: convenientissimum erat Deum quo ad intrinseca seu quo ad perfectiones secum identificatas semper esse sicut fuit ab aeterno Con: etiam quo ad modum se habendi in ordine ad extrinseca mutabilia nego Con: per hoc enim quod in tempore factus sit homo nihil de statu suo intrinseco mutavit. 6.

Obj. 5do quae maxime distant inconvenienter junguntur ut si pictor perfecto homini caput appingeret asininum, sed Deus et caro maxime distant. ergo. R. dist. maj. quae tam quo ad perfectione, quam quo ad habitudinem maxime distant Con: quae perfectione quidem sed non habitudine maxime distant nego. imperfectum eo melius fit, quo perfectiori jungitur, si ab eo perficiatur sine perfectionis detrimento: sic autem humanitas in Christo perficitur, et in Deum nil perfectionis redundat in obta instantia neutra pars perficitur sed laedatur; creatura autem quo magis appropinquat suo Conditori eo perfectior et pulchrior evadit. 6.

Obj. 6. Corpus non minus distat a summo spiritu, quam malitia peccati a summa bonitate, ergo sicut Deus summa bonitas inconvenienter assumeret malitiam peccati, ita summus et purissimus spiritus non convenienter assumpsisset corpus. R. nego Ant: nam corpus est quodammodo simile summo spiritui, a quo suum esse et perfectionem participat. at malitia peccati qua talis cum sit defectus debitae rectitudinis nullam cum summa bonitate similitudinem habet.

Corpus quoque à summo spiritu ē amabile et eligibile cum nil eorum quæ fecerit Deus, pereat. at malitia peccati quam Deus tanquam auctor et causa simpliciter talis producere n̄ pt. sed mere permittit summæ bonitati nec amabilis nec eligibilis ē (.

Obt. 4to ingruens ē, ut qui excedit maxima contineatur in minimo, et cui incumbit cura maximorum ad parva se transferat, sed Deus excedit maxima, ita ut tota rerum universitas eum n̄ capiat, pariterque cura totius mundi, ergo ingruens ē ut contineatur in corpore tam parvo et ubi Volusianus scribit ad S. Augustinum tam diu à sedibus suis absit ille Regnator, atque ad unum corpusculum totius mundi cura transferatur. R. div. Maj. ingruens ē si ita magnitudine excitat, ut extra illud n̄ sit et ad parva se transferat cum neglectu magnorum con. si minimo loco unitus sic tn̄ ut tn̄ extra illud existat ubique et ad parva se transferat sine neglectu maiorum neg. Maj. est enim Volusiano Augustinus Epla 3. respondet n̄ hoc habet Doctrina Christiana, quod ita sit Deus infusus carni, ut curam gubernandæ universitatis vel deseruerit vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi collectam contractamque maâ transtulerit, hominis te sensus ē, nil nisi corpora valentium cogitare. Deinde ubi idem S. Doctor post pauca scribit, n̄ mole sed virtute magnus ē, unde magnitudo virtutis eius nullas in angusto sentit angustias (.

Obt. 5to dedecet divinam Maiestatem se ipsam exinanire et formam servi accipere, cum sic Deus n̄ vilescat minus quam Rex qui sese ad mancipii vilitatem sordidasque servorum naas abiiceret.

R. nego ant: quamvis enim Deus for. servi suscipiendo se ipsum exinanisse dicatur, nil tn̄ perfectionis intrinsecæ amisit ut per se potest, aut aliquid honoris aut gloriæ extrinsecæ imminuit, at potius eam auxerit, tanto nobis carior factus uti S. Bernardus loquitur, quanto pro nobis vilior, quamvis enim habitu, conditione, vita mortisque genere stolidis hominibus vilis apparuerit n̄ ideo se contemptibile, sed admirandis operibus omni amore cultuque dignissimum luculentissime demonstravit.

Principem ea dedecet abjectio, quia ex imprudentia animique vilitate cum suæ dignitatis ac maiorum curarum neglectu id n̄ faceret et facere censeretur, qd de Deo existimare extremæ dementiæ foret.

Obj. 6. Illud opus n̄ convenit Deo ex quo sequuntur multa et gravissima mala, ex Incarnatione autem sequebantur talia mala ut peccatum Judæorum Christum occidentium, gentilium eundem blasphemantium. R. dist. maj. ex quo per se mala sequuntur multa et magna ac talia, ex quibus Deus n̄ potest eruere bona Con: ex quo solum per accidens et ex malitia hominum sequuntur ac talia quidem mala ex quibus Deus ingentia potest eruere bona. nego.

Obj. ultimo saltem n̄ erat conveniens ut Deus assumeret humanam naturam præter angelicam multo nobiliorem. R. nego ant: quia n̄ tota natura seu species angelica, sed parva solum eiusdem pars est lapsa: humana vero natura tota cecidit, ideoque magis indigebat redemptore. 2. quia omnes angeli, qui sunt lapsi lapsi sunt voluntate physice propria, hominis plerique aliena. 3tio lapsi sunt angeli ex malitia potius, quam infirmitate homines autem infirmitate potius quam malitia, ideoque minus indigni erant beneficio Redemptionis.